Ioannes Brem[1]) Pyrnensis	determinavit sub domino magistro	Sebastiano Muchelio
Franciscus Bartisch Pyrnensis		Sebastiano Muchelio
Andreas Macusel Schnebergensis		Sebastiano Muchelio
Ioannes Richter Hannensis		Sebastiano Muchelio
Sixtus Kepßer Wembdigensis		Friderico Peipus
Ioannes Faber Baucenus		Francisco Conradi
Ioannes Pragensis Boemus		Ioanne Haßenbergio
Henricus Schrencker Holfeldensis		Friderico Peipus.

N 74. Eodem quoque semestri recepti fuerunt ad facultatis artium senatum mgr. Nicolaus Scheubel die decima quinta Ianuarii, mgr. Leonardus Badthornn die octava Aprilis, qui statim assumpsione facta absenciam a facultate arcium indefinitam peciit. Jan. 15. Apr. 8.

C 169. Venerabilis[2]) dns. mgr. Virgilius Salczpurgensis, in hac mortalium luce vita perfunctus, memor super meritis facultatis arcium loco monumenti octo libros bibliothecae facultati arcium donavit, ut habetur in libro librorum, insuper eidem facultati aureos quinque testamento reliquit.

* In examine pauperum praesentes fuerunt adolescentes duo:
Albertus Mulerus Olsnicensis
Gregorius Muesler de Annaemonte.

C 168'. Anno etc. facultas artium suasu et ductu consulis Egidii Morchii accepit ex Kuntzen Platten barbitonsore decem aureos pro omnibus retardatis cen[sibus], propterea quod consultius esset certa pro incertis habere, praesertim cum alio divertisset nec haberet, unde possit satisfacere. Summa autem capitalis in eadem domo manet. Vide census enovendi [?] rationem. Praeterea hanc sequentem clausulam de consensu senatus in eandem domum e libro dominorum scabinorum curavi transscribendam.

Nachdem Cuntz Plaet der facultet artium etliche vorsessen Zinsse hinderstellig schuldig, hat er sich mit denselbigen hern darumb gentzlich vertragen, und dar zu zehn gulden daruber entricht. Sollicher zehen gulden haben gedacht hern ine durch den famulum universitatis Valentinum Lindener lassen bestendig quittiren, haben auch das der abkeufer Cuntzen Platten hauses Adolarius Baldenßheim nun hinfurder die Zinß reychunge thun solle, lassen krefftig annehmen, und gemelter Adolarius hatt es auch also zu thun gelobt und zugesagt. Actum Sabbato post Leonhardi anno etc. 33. * 1533 Nov. 8.

Lectionum praelectores in novum conclusorum librum consignavimus.
Sit[3]) laus deo.

1534 Sommersemester. 250. Decan Paul Lobwasser von Schneeberg.

N 74'. C 169'. Decanatus magistri Pauli Lobwaßers de natione Misnensium anno a Christo millesimo quingentesimo tricesimo quarto Sabbato ante festum divi Georgii martyris.

---

[1]) Bremo. [2]) Der folgende Abschnitt lautet in C wesentlich anders: Item eodem semestri die Marcii undecimo magistri ex senatu facultatis artium selecti una cum testamentariis et Gregorio Schmidner de Saltzpurga, herede in Christo magistri Virgilii defuncti, coram magistro Ieronimo rectore amica invicem composicione pro communi facultatis artium utilitate et posse utriusque egerunt, ut pro legatis et pro censu habilitationis in universum aurei quindecim numerarentur, ea quidem lege ut heredis filius, Ioannes Schmidner, pro baccalaureatu in artibus sigillum cum exercitio decani gratuito impetraret. Cui tractatui interfuerunt magistri Arnoldus Muchel, Peipus et Bornerus. [3]) In C: Laus deo omnipotenti per saecula. März 11.